sicut & nos remittimus debitoribus nostris. Necessè est ergo, ut Deo patri nostro confiteamur peccata nostra, & cum proximo nostro, si ipsum offendimus, redeamus in gratiam. De quo confessionis genere loquens

Iacob. 5. Iacobus Apostolus, *Confitemini*, inquit, *alii, aliis.* Si quis verò peccatorum mole & tentationibus perplexis oppressus, velit consilium, institutionem & consolationem privatim, vel a ministro ecclesiæ, aut aliò aliquo fratre, in lege Dei docto, petere non improbamus: Quem admodum & generalem & publicam illam in templo ac cœtibus sacris recitari solitam (cujus & superius meminimus) peccatorum confessionem, utpote scripturis congruam, maximè approbamus.

De clavibus regni cœlorum.

De clavibus regni Dei, traditis à Domino Apostolis, multa admiranda garriunt, & ex his cudunt enses, lanceas, sceptræ & coronas. plenamq; in maxima regna, deniq; in animas & corpora potestatem. Nos simpliciter judicantes secundum verbum Domini, dicimus omnes ministros legitimè vocatos, habere & exercere claves vel usum clavium, cum evangelium annunciant, Id est, populum suæ fidei creditum docent, hortantur, consolantur & increpant, inque disciplina retinent. Ita enim regnum cœlorum

mi bűneinket az mi Atyánknak Istenünknek, és felebarátunkal: ha ötet meg bántottuk, meg-békellyünk. Mel meg-vallásnak neméről szól az szent Iakab Apostól: Valljátok-meg ug' mond, egyitek az másoknak az ti bűneiteket, Iac. 5. v. 16. Ha valaki pedig bűnének terhe miatt és veszedelmes kísérteti miatt megnyomtatván, kíván tanácsot, intést és vigasztalást külön, avag az eg'-házi szolgától, avag más atyafintól, ki az Urnak törvényében tudós, javalljuk. Míképpen amaz közönséges és nyilván-való vallás-tételt az bűnökről az Templo-mokban és szent gyülekezetekben, (kirúl oda föl-is szólunk) ug' mint mel' az szent Irással egygez, felette igen javalluk.

Az Istenországának kultsairol, mellyeket a Christús adot az Apostoloknak sokan csuda dolgokat beszélnek, és azokból csinálnak fegyvert, Koppiát, királyi-pálczát, Coronát, és nag' országokon sőt testen és lelken való hatalmát. Mi egy-ügyíképpen itilvén, az Urnak igére szerint azt mondjuk, hog' minden törven' szerint hívattatot tanítóknak legyen kultsok avag' az kultsokkal való élest gyakorolhatják, mikoron hirdetik az Evangeliumot, az az, az úhűségekre bizattatot népet tanítják, intik, vigasztallják, feddik, és az fegyelemben megtartják. Mert ig' nitják-meg az menyeknek országát az engedelmesseknek, és az engedelmeneknek be-reszik. Ez kultsokat igére Christus az tanítványoknak Mathci. 16. versu

aperire & claudere. rum aperiunt obsequentibus & inobsequentibus claudunt. Has claves promisit Apostolis Dominus, Matthæi 16, 19. & præstitit, Ioannis 20. 22. Marci, 16, 15: & Lucæ, 24. 47. dum ablegat discipulos, & jubet eos universo mundo prædicare Evangelium, & condonare peccata, Apostolus in Epistola ad Corinthios dicit, *Dominum ministris dedisse reconciliationis ministerium*: & quæ hoc sit, mox explicat & ait, *Sermonem vel doctrinam reconciliationis*. Et adhuc clarius sua illa exponens, addit *ministros Christi, nomine Christi fungi legatione, tanquam ipso Deo per ministros adhortante populos, ut reconcilientur Deo*, nimirum per fidelem obedientiam. Excercent ergo claves, cum svadent fidem & penitentiam. Sic illi reconciliant Deo, Sic remittunt peccata. Sic aperiunt regnum coelorum, & credentes introducunt: multum distantes ab istis, de quibus dixit in Evangelio Dominus, *Va vobis legisperitis, quia tulistis clavem scientiæ, ipsi non introiistis, & eos qui introibant vetulistis*. Rite itaque & efficaciter ministri absolvunt dum Evangelium Christi, & in hoc remissionem peccatorum quæ singulis promittitur fidelibus, sicuti & singuli sunt baptizati prædicant, & ad singulos peculiariter pertinere testan-

19. és bé is tellyesítettette. Ioh. 20: v. 22. Item: Luc. 24. v. 47 mikoron el-külde az Evangelio-
mot prädikállyák ez széles világon, es az bűnöket
meg-bocsáffák. Szent Palazt mondja, hog' az Ur
az tanítónak adta az békeltetésnek szolgálatját,
2. Cor. 5. v. 18, 19. Es az minemű legyen mind-
járt meg-magyarázza, es nevezi meg-békellésnek
beszédének avagy tudományának. Es még-világosbá
az ő mondásat meg-magyarázva mondja, hog'
az Christushnak szolgai Christus nevében köveletébe
járnak, mintha az Isten ő maga az szolgák által inte-
né az népeket, hog' meg-békellyenek az Istennel,
tudni illik, az bűséges engedelmeffég által. Az
költségekkel élnek azért mikor az hitre es penitenti-
ara intnek. Ig' engesztelnek ik meg az Istennel:
Ig' bocsátják-meg ik az bűnöket. Ig' nyitják meg
az Istennek országát és az hívőket be-visszaik:
Sokat különbözvén azoktól kik felől ig' szollot á
a Christus a Evangeliumban: Iaj ti néktek törvén-
tudok, mert el-vététek az tudománynak költségét,
magatok bé nem mentetek, és azokat kik bé akartak
menni meg-tiltottátok, Luc. 11. v. 52. Valóságossan
és hathatóképpen oldoznak azért az tanítók, mikor
az Christus Erangeliumát és abban az bűnöknek
bocsanatját, mel' minden hívőknek igírtetik, az
mint hog' meg-is keresztelkennek, prädikállyák,
és mindenekre kíváltképpen tartozni bizonyították.
Nem-is ítéllyük hog' az oldozás ennyivel hatba-
tób legyen. hog' valakinek fülében avagy fejére
sugár-

testantur. Nec putamus absolutionem hanc efficaciorē fieri, per hoc, quod in aurem alicui aut super caput alicujus singulariter immurmuratur. Censem⁹ tamen sedulō annunciandam esse hominibus remissionem peccatorum, in sanguine Christi, admonendosq; singulos, quod ad ipsos pertineat remissio peccatorum.

*Seduli-
tas in in-
novati-
one vite*

Cæterum quā vigilantes sedulosq; oporteat esse pœnitentes in studio vitæ novæ & in conficiendo vetere & excitando novo homine, docent nos exempla evangelica.

*Ioan. 5.
14.*

Dominus enim ad paralyticum, quem sanaverat, dixit, *Ecce sanus factus es, ne post hac pecces, nequid deterius tibi contingat.*

*Ioan. 8.
11.*

Ad adulteram liberatam idem dixit, *Vade, & ne post hac peccaveris.* Quibus sanè verbis non significavit fieri posse, ut homo aliquando non peccet, dum ad huc in hac carne vivit, sed vigilantiam accuratumq; studium commendat, ut modis inquam omnibus annitāmur, & precibus à Deo petamus, ne relabāmur in peccata, ex quibus veluti resurreximus, & ne vincāmur à carne, mundo, & diabolo.

*Luc. 19.
8.*

Zachæus publicanus in gratiam receptus à Domino, clamat in Evangelio, *Ecce dimidium bonorum meorum, Domine, do pauperibus, & si quem defraudavi, reddo quadruplum.* Adeundem ergo mo-

dum

sugattatik kíváltképpen. Mind az-által itillyük
hogy szorgalmazni kell hirdetniük az embereknek
az bűnök bocsánatját az Christus nevében. és
inteniük hogy őrésük tartozzék az bűnök bocsá-
natja.

Továbbá, mel' vigyázoknak kel lenni az peniten-
tia tartoknak az új életnek igyekezetiben, és az ő
embernek fojtogatásában, az ujnak élesztésében
meg-tanítanak minket az Evangéliombéli pél-
dák, Mert az Ur az gutta-űtőnek, kit midőn
meg-gyógyított volna, monda: Imé meg-gyógyultál
czutan ne vétkezzél, hog' valamiképpen gonoszbul
ne légyen dőlged. Ioh. 5. v. 14. Az megszabadult
parázna a szornynak-is ugyan ezt monda: Meny-
el és többé ne vétkezzél, Ioh. 8. v. 11. Mel' szok-
kal ugyan nem azt akarja jelenteni, hog' lehetet-
len volna, hog' az ember valamikor ne vétkezzék
míglen az testben él, de a' vigyázást és szorgalma-
tot igyekezetet ajánlja, hog' minden módon igyekez-
zünk, és könyörgésünkkel kérjük az Istentől, hog'
vétekben ne essünk, melyekből ug' mint fel-támad-
tunk, és még ne győzzetessünk az testől, világtól és
ördögtől. Az fukar Zacheus az Uról kegyelem-
ben vétéitven, kiáltja az Evangéliumban: Imé U-
ram felét az én jószágomnak adom szegényeknek, és
ha valakit álnokul meg-csaltam, négy annyit adok
érette. Hasonlo-képpen pradiálljuk azért, hog' az,
meg-

dam prædicamus restitutionem & misericordiam, adeoq; eleemosynam, verè poenitentibus esse necessariam, & in universum. Apostoli verbis hortamur omnes ac dicimus: *Ne regnet peccatum in mortali vestra corpore, ut obediat ei per cupiditates ejus; neq; accommodetis membra vestra arma injustitiæ peccato, sed accomodetis vosmet ipsos Deo, velut ex mortuis viventes, & membra vestra arma justitiæ Deo.*

Errores

Proinde damnamus omnes impias quorundam evangelica prædicatione abutentium voces, & dicentium, Facilis est ad Deum reditus. Christus expiavit omnia peccata. Facilis est peccatorum condonatio. Quid ergo peccare nocebit? Nec magnopere curanda est poenitentia, &c. Docemus interim semper, & omnibus peccatoribus aditum patere ad Deum, & hunc omnia, omnibus fidelibus condonare peccata, excepto uno illo peccato, in spiritum factum. Ideoque damnamus & veteres & novos Novatianos, atq; Catharos. Damnamus imprimis lucrosam Papæ de poenitentia doctrinam, & contra Simoniam ejus, Simoniacasq; ejus indulgentias, illud usurpamus Simonis peccati judicium *Pecunia tua tecum sit in perditionem: quoniam donum Dei existimasti per-*

megadás, irgalmasság és adakozás, az igaz penitencia tartoknak szükségesei: és eg' általlýában az Szent Pálnak beszédével intünk mindeneket ez mondván: Ne uralkodjék az bűn az ti halando testekben, hog' engedjétek az ő kívánságának, ne állásfátok a' ti tagaitokat hamisságnak fegyvere gyanánt az bűnnek, de állásfátok ti magatokat Istennek, mint a' halálból meg-elevenítettek, és az ti tagaitokat igazságnak fegyvere gyanánt az Istennek, Rom. 6. v. 2113.

Annak okiért kárhoztatjuk az Evangeliumnak prédikllásával, némel' gonoszul élőknek szavokat, kik ezt mondják, Könýű az istenhez való meg-térés. Az Christus minden bűnöket el-tisztozt. Könýű meg-engedése az bűnnek, mie árt tehát az bűn-tétel? Nem-is igen kel gondolkodni az penitencia tartással. Azonban mindenkoron tanítjuk hog' minden bűnösöknek menetelek legyen az Istenhez, és hog' azon Isten minden bűnöket meg-bocsátja az hűveknek, az Szent lelek ellen való bűnküvül. Kárhoztatjuk az-ért az réghi es Ily Novatianusokat es Catharistákat. Kárhoztatjuk ismét az Pápának az penitentiáról-való bérestudományát, és az ő kereskedése ellen, és kereskedő bucsuofizása ellen az Simon Peternek itelit hozzuk elő Az te pénzért te veled egyben vesztel-el, kiazott alítottad hog' az Szent Lélek ajándéka szereztetik penzrel: Nincsen néked részed semmi ez dologban mert az te szíved nem

Mat. 8. *rari pecuniis. Non est tibi pars neq. sors in*
20. 21. *ratione hac. Cor enim tuum non est rectum*
satisfactions. *coram Deo. Improbamus item illos. qui suis*
Jes. 53. *satisfactionibus existimant se pro commis-*
9. *sis satis facere peccatis. Nā docemus Chris-*
1 Cor. 1. *tum unum. morte vel passione sua. esse om-*
30. *nium peccatorum satisfactionem. propitia-*
1. 20. 2. *tionem vel expiationem: interim tamen.*
2. *quod & ante diximus. mortificationem car-*
nis urgere non desinimus: addimus tamen.
hanc non obtrudendā esse Deo superbē pro
peccatorum satisfactione. sed præstandam.
humiliter. pro ingenio filiorum Dei. ut obe-
dientiam novam. gratitudinis ergo. pro con-
sequuta. per mortem & satisfactionem filii
Dei. liberatione & plenaria satisfactione.

Caput XV.

DE VERA FIDELIUM
Justificatione.

justifica *re quid;* *I*ustificare significat Apostolo in disputa-
Roman. *8. 33.* *8. 33.* *8. 34.* *8. 39.* *tionem de justificatione. peccata remitte-*
re. a culpa & poenā absolvere in gratiam re-
cipere. & justum pronunciare. Etenim ad
8. 33. *Romanos dicit Apostolus. Deus est qui ju-*
8. 34. *stificat. quis ille qui condemnet? Opponū-*
8. 39. *tur. iustificare & condemnare. Et in Actis*
Apost. dicit Apostolus. Per Christum annū-
tiatur

tízt az Istennek előtte, Act. 8. v. 20. 21. Nem javallyuk ismet azokat is, kik az ő elégtételekkel vélik hog' eleget-rehetnek az ő bűnökért. Mert tanítunk, hog' az eg' Christus halálával és szenvedésével legyen minden bűnökért elég-tétel és meg-tisztulás, Esa. 53. v. 5. Item, 1. Cor. 1. v. 30. 1. Joh. 2. 2. Azonban mind az által az minc' eleb-is meg-mondottuk az testnek fojtogatását tanítani nem szűnünk-meg. Ezt hozzátesszük mind az-által, hog' ezt kevélyen az bűnért való elég-tétel gyanánt nem hányjuk Istennek előtte, de megcselekedjük alázatosan az Istennek fiainak természetek szerint az mi engedelmeséget-hála-adásnak okáért az Istennek Fiának halála és elég tétele által meg-nyert szabadulásért és teljességes elég tételért.

XV. Rész.

Az hiveknek valófagos meg-igazulási fokról

Meg-igazítani, az szent Pálnál, az meg-igazításról való vetélkedésben jegyez. avag' annyi részen mint bűnt meg-bocsátani, az bűnből és büntetésből fel-szabadítani, kegyelemben venni: és igaznak mondani. Mert így szól az szent Pál: Isten az a' ki meg-igazít, kicsoda az, a' ki kárhoztat? Rom. 8. v. 33. Ellenben vetternek meg-igazítani és kárhoztatni. Es az Apostoli cselekedé-
I 2 ról

ciatur vobis remissio peccatorum. & ab omnibus
 à quibus non potuistis per legem Moysi iusti-
 ficari per hunc, omnis qui credit iustifica-
 tur. Nam in lege quoque & Prophetis le-
 gitur. Si lis fuerit orta inter aliquos, &
 venerit ad iudicium, iudicent eos iudices.
 Esai. 5. iustificentque iustum, & impient vel condem-
 nent impium. Et Esaias. Va illis qui iusti-
 ficiant impium pro muneribus. Certissimum

Deus.

83.

Esa. 5.

83.

Iustifica

mur pro

pter

Christum

est autem omnes nos esse naturam peccatores
 & impios, ac coram tribunali Dei convic-
 ctos impietatis & reos mortis: Iustificari
 autem id est, absolvi à peccatis & morte,
 à iudice Deo, solius Christi gratiam, & nullo
 nostro merito aut respectu. Quid enim aper-
 tius, quam quod Paulus dixit? Omnes pec-
 caverunt, & destituuntur gloria Dei. Ius-
 tificantur autem gratis, per illius gratia-
 m, per redemptionem, quæ est in Christo
 Iesu.

Romani.

8.23.24.

Etenim Christus peccata mundi in se rece-
 pit & sustulit, divinæque iustitiæ satisfecit.

Immensa

gratia ius-

titia

2. Cor. 5.

29.

Rom. 4.

23.

Deus ergo propter solum Christum passum
 & suscitatum, propitius est peccatis nostris,
 nec illa nobis imputat, imputat autem iusti-
 tiam Christi pro nostra: ita ut jam simus non
 solum mundati à peccatis & purgati, vel
 sancti; sed etiā donati iustitiā Christi, adeo-
 que absoluti à peccatis, morte vel condem-

Pölrre könyvben is ig' vagyon meg-irván: Az Chri-
stus által hirdettettik ti-nektek bűnösöknek bocsá-
natja, és mindenekből, az mellyekből az Mólesnek
törvénye által meg nem igazittathattatok ez által
minden az ki hiszen meg-igazul, Aét. 13. v. 38. 39.
Mert az törvényben is és az Prophetiakban olvas-
suk: Ha pörtámad valakik között, és törvényben
kelnek, meg itillyék őket az bírák, meg-igazítsák az
igazat, és meg hamissítsák avag' kárhoztassák az ha-
missát, Deut. 25. v. 1. Esa. 5. v. 23. pedig ig' szol:
Iaj azoknak az kik meg-igazítják az hitetlent ajandé-
kért. Bizonyos pedig len hog' mi minnyájan termé-
szer szerint bűnösök és hiterlenek vagyunk, és az I-
stennek ítülő széki előtt hamissakká, és halálra mel-
rokká terettünk: Meg-igazítottunk pedig len, az
az, fel szabadítottunk az bűnektől és haláltól, az
ítülő bíró Istentől, csak az eg' Christus kegyelméből
és semmi érdemünkből avag' tekintetünkből. Mere
mi lehet nyilvánb, az mit az Sz. Pál mond: Min-
nyájan vétkeztenek, és szükölködnék Istennek di-
csőfége nélkül: meg igazittatnak pedig len ingyen,
az az, az ő kegyelme és váltáfága által, mel' vagyon
az Christus Iesusban, Rom. 3. v. 23. 24.

Mert az Christus ez világnak bűneit magára
vőtte és viselte, és az Isten igazságának eleget-tört.
Az Atya Isten azért, az eg' szenvedet és fel-tá-
madot Christusért kegyelmes a' mi bűneinknek, és
azokis nekünk nem taláidonítja: taláidonítja pe-
dig len az Christus igazságát miénk gyanánt, 2. Cor.

natione, iusti deniq; ac hæredes vitæ æternæ. Propriè ergo loquendo, Deus solus nos justificat & duntaxat propter Christum justificat, non imputans nobis peccata, sed im-

Iustificatur putans eius nobis iustitiam.

mur

*per solâ
fidem*

Quoniam verò nos justificationem hanc recipimus, non per ulla opera, sed per fidem in Dei misericordiam & Christum, idèd docemus, & credimus cum Apostolo, homi-

Rom. 3. nem peccatorem justificari solâ fide in Christum, non lege, aut ullis operibus. Dicit

Rom. 4. enim Apostolus. *Arbitramur fide iustificari hominem absque operibus legis.* Item

2. 34. 5. Si Abraham ex operibus iustificatus fuit, habet quod gloriatur, sed non apud Deum.

Gen. 15. 6. Quid enim scriptura dicit? Credidit Abraham Deo, & imputatum est ei ad iustitiam. At ei qui non operatur, sed credit in

Ephes. 3. 8. 9. eum qui iustificat impium, imputatur fides sua ad iustitiam. Et iterum, Gratia estis servati per fidem, idque non ex vobis, Dei donum est. Non ex operibus, ne quis gloriatur, &c. Ergo quia fides Christum iustitiam nostram recipit, & gratiæ Dei in

Fide nos Christo omnia tribuit, ideo fidei tribuitur
recipere justificationem, maximè propter Christum, &

Christum

3. v. 19. Item, Rom. 4. 25. Ugy hog' legyünk im-
már nem csak meg-tisztultak az bűnökről avagy
szentek, de meg-ajándékozattak-is az Christus
igasságával, meg-óldoztattak az bűntől, haláltól,
és kárhozattól, igazak végre és örökösi az örök é-
letnek. Tulajdonképpen szólván azért, csak az Iste-
nen igazít minket meg, nem tulajdonítván nekünk
bűneinket, de tulajdonítván az ő igasságát nekünk.

Holot pedig mi ez igazítást veszszük nem vala-
mi cselekedetünk által, de az Isten irgalmasságában,
és az Christusban való hit által. Annak okáért ta-
nitjuk és hiszszük az szent Pállal, hog' az bűnös
ember csak az Christusban való igaz hit által iga-
zittatik meg, nem az törvényből avag' valami cse-
lekedetből. Mert azt mondja az szent Pál, Erő-
sítjuk hog' hitből igazittatik még az ember az tör-
vénynek cselekedeti nélkül, Roman. 3. v. 28. Iste-
mért: Ha Abrahám még igazítatot az cselekedetek-
ből, vag' on mivel dicsekedni, de nem Isten előtt,
mert mit mond az irás? *Hin Abrahám Istennek,*
és tulajdonítotték ő neki igasságára, Gen. 15. v.
5. De annak ug' mond, a' ki nem cselekezik, hi-
szen pedig abban a' ki az hitetlent meg-igazítja, tu-
lajdonittatik az ő hiti igasságára. Rom 4. 2. 3. 4.
Gen 15. 6. *Es ísmért,* Kegyeléből tartarattok megh
hitnek általa, és ez nem ti tölletek vag' on, Isten a-
jándéka. Nem az cselekedetből, hog' senki ne dicse-
kedjék, Eph. 2. v. 8. 9. *Azért holot az Hit meg-*
kaptollja az Christusi igasságunkat, és tulajdo-

Gal. 37. non ideo, quia nostrum opus est. **Donum**
Gal. 38. enim Dei est.

Coeterum nos Christum fide recipere multis ostendit Dominus apud Ioh. Ubi pro credere ponit manducare, & pro manducare credere. Nam sicut manducando, cibum recipimus, ita credendo participamus Christum. Itaque justificationis beneficium non partimur, partim gratiae Dei, vel Christi, partim nobis, aut dilectioni operibus, vel merito nostro; sed in solidum gratiae Dei in Christo per fidem tribuimus. Sed & non possent Deo placere dilectio & opera nostra, si fierent ab iniustis: proinde oportet nos prius justos esse, quam diligamus aut faciamus opera iusta. Iusti verò effici-mur, quemadmodum diximus, per fidem in Christum, merâ gratiâ Dei, qui peccata nobis non imputat, sed iustitiam Christi, adeoq; fidem in Christum ad iustitiam nobis imputat. Apostolus præterea apertissimè dilectionem derivat ex fide, dicens, *Finis praecepti est charitas, ex puro corde, conscientia bonâ, & fide non ficta.*

*Justifica-
tio non
arbitr.
partim
Christo
vel fidei
partim
nobis.*

1. Tim.
28.

de mindeneket az Istennek Christusban való kegyelmének, azért tulajdonítatik az meg-igazulás az hitnek, főképpen az Christusért, és nem azért, hogy mi cselekedtünk; mert Istennek ajándéka.

Továbbá, hogy mi a Christust hittel veszszük, sok szóval mutatja meg az Ur Christus szent Iánosnál az hol az hit helyet eledelt, és az étel helyet hitet mond. Ioh. 6. Mert miképpen éven-ételt veszünk be, így hívén részeseülünk a Christusban. Annak-okaért a meg-igazításnak jó teteményét nem osztjuk el, tulajdonítván rész szerint Isten kegyelmének, avag az Christusnak rész szerint, avag minékünk, avag az szeretetnek cselekedetinek, avag az mi érdemünknek; de teljességgel az Istennek kegyelmének az Christusban; hit által tulajdonítjuk. De nem-is lehetnének az Istennel kedvesek szeretetünk és cselekedetünk, ha azok hamisságtól lennének. Annak-okaért szükség, hogy mi először igazak legyünk, hogy nem mint szeressünk, avag igaz cselekedeteket cselekedjünk. Igazakká-tetevünk peniglen az mint megmondottuk az Christusban való hit által, csupán Istennek kegyelméből, és az mi bűneinket mi nekünk nem tulajdonítia, de az Christus igazságát, és ugyan az Christusban való hitünket tulajdonítia minékünk igazságunkra. Az szent Pál ennek felelte az szeretetet nyilván az hitből hozza-kimondván: Az parancsolatnak vége az szeretet, tiszta szívűből jó lelki-esmeretből, és cselekedés nélkül való hitből. 1. Tim. 1. v. 5.

*Confer-
tur Iaco-
bini et
Paulo.*

*Iacob. 2.
24. 25.*

*Galat. 2.
20. 21.*

Quapropter loquimur in hac causa, non de ficta fide, de inani & ociosa, aut mortua, sed de fide viva, vivificantēque, quæ propter Christum, qui vita est & vivificat, quem comprehendit, viva est & dicitur, ac se vivam esse vivis declarat operibus. Nihil itaque contra hanc nostram doctrinam pugnat Iacobus ille, qui de fide loquitur inani & mortua, quam quidam sacrificabant. Christum autem intra se viventem per fidem non habebant. Idem ille dixit, opera justificare, non contradicens Apostolo (reficiendus alioqui) sed ostendens Abrahamum vivam justificantemque fidem suam declaravisse, per opera. Id quod omnes pii faciunt, qui tamen soli Christo, nullis suis operibus fidunt. Iterum enim Apostolus dixit, *Vivo iam non ego, sed vivit in me Christus. Ut tam autem quam nunc vivo in carne, per fidem vivo, filii Dei qui dilexit me, & tradidit semetipsum pro me. Non aspernor gratiam Dei. Nam si per legem est iustitia: igitur Christus frustra mortuus est, &c.*

Caput XVI.

DE FIDE ET BONIS

*Operibus, eorumque mercede,
& merito hominis.*

Fides

Az keresztyéni hitről való vallás tétel. 131-9

Annak-okaért szólnak ez dologban nem az ier-
seles, hejában-valo és hivalkoó avag meg-holt
hitről, de az elő és meg-elevenítő hitről az
Christusért, (ki elérünk és meg-eleve-
nitünk) az kit hozzá kapcsol, elő és előnek-is mon-
dátik, és magát előnk mutatja elő cselekedetekkel.
Semmit nem ellenkezik azért, ez mi tudományun-
kal, az szent Jakab, ki az hejában-valo és holt hit-
ről szól, mellyel nemellyek kérkedienek: az Christust
peniglen magokban hit által nem tartják való, Jac.
2. v. 24. 25. Ugyan ő mondotta hog' a cselekedetek
igazítanak meg, nem mondván ellene az szent Pál-
nak (mert ig' meg-verendő volna) de meg-mutat-
ván hog' Abrahám az ő elő és meg-igazító hitét
meg-mutatta cselekedetek által; mellyet minden bi-
vek cselekekszenek, kik mind az által az Christus-ba,
s-nem az ő cselekedetekben bíznák. Mert ismer ig'
szól az szent Pál: Elek immár, nem én de él én
bennem az Christus, az mel' életet peniglen most é-
lek ez testben, az Isten fiában-valo hit által élem, ki
szeretet engemet és attá magát én éretté. Nem ve-
tem hátra a' Istennek kegyelmét, mert ha a' törvény
által vagyom az igazság, tehát a' Christus hejában-
holt meg, Gal. 2. v. 20. 21.

XV I. Refsz.

Az H I T R Ő L es jó cselekedetekről.
azoknak jutalmokról, és az
emberi érdemről.

Az Keresz-

*Fides
quid?*

*Fides
Dei do-
nam.*

*Incremē-
ta fidei.
Luc. 17.
3.*

*Heb. 11.
3.*

*2. Cor. 1
20.*

*Phil. 1.
29.*

Rom. 12

2

Fides enim Christiana, non est opinio ac humana persuasio, sed firmissima fiducia & evidens ac cōstans animi assensus, denique certissima comprehensio veritatis Dei, proposita in Scripturis & Symbolo Apostolico atque adeò Dei ipsius summi boni, & præcipuè promissionis divinæ, & Christi, qui omnium promissionum est colophon. Hæc autem fides, merum est Dei donum, quod solus Deus ex gratia sua, electis suis, secundum mensuram, & quando, cui, & quantum ipse, vult donat, & quidē per spiritum sanctū, mediante prædicatione Evangelii, & oratione fidei. Hæc etiam sua habet incrementa: quæ nisi & ipsa darentur à Deo, non dixissent Apostoli, *Domine adauge nobis fidem.*

Et hæc quidem omnia, quæ hætenus de fide diximus, ante nos ita docuerunt Apostoli. Paulus enim, *Est autem fides, inquit, eorum quæ sperantur, ὁπώρας vel subsistentia firma, & earum rerum quæ non videntur, ἐλεγχῶ id est, evidens & certa rei comprehensio.* Et idem iterum. *Quotquot sunt promissiones Dei, inquit, per Christum sunt etiam & per ipsum Amen.* Ad Philipp. idem ait donatum esse ipsis, ut credant in Christum. Item, *Deus unicuique partisus est mensuram fidei.* Rursus, *Non o-*

aiunt

A Z Keresztyéni Hit, nem vélekedés ávagy emberi hitel, de erős bizodalom, és nyilvánvaló álhataros egyyezése az szívnek, és bizonyos meg-fogása az Isten igazságának, (mel' előnkben ádatot az irasban es az Apostolok vallásában) sőt ugyan ő magának az Istennek, ki fölséges, jó, és főképpon az Isten igiretinek, es az Christusnak, ki minden igireteknek vége, meg-kapcsolása Ez az Hit peniglen csupán csak Istennek ájandeka, mellyet egyedül az Isten az ű kegyelméből mérték szerint kinek és mennyit ő akar, ájandékoz az szent Léleknek általa, az Evangéliom pradikáltatásának, és á hí séges imádkozásnak eszközi által. Vagyon penig ennek nevékedése, mellyet, hog' ha az Isten nem adna, nem mondanák az Apostolok: Uram, nevéld bennünk az hitet, Luc. 17. v. 5.

Mind ezekről penig, mellyeket eddig mondottuk az hitről, ig' tanítottak mi előttünk az Apostolok. Mert szent Pál azt mond á: Az Hit peniglen az olyan dolgoknak valósága, az mellyeket reménlünk és az mellyek nem láttatnak azoknak bizonyos mutatója, Heb. 11. v. 1. ismet másut, Á Istének igiret i ü béne á Christusba valamennyin vadnak, es ü általa vadnak, Amé, 2. Cor. 1. v. 20. Á Philippibeliekhez. is á írja: Hog' adatot nekiek hog' hidjenek az Christusban, Phil. 1 v. 29. Ismét: Az Isten kinek kinek oíztogatta az hitnek mértékér, Rom. 12. v. 4. Es nem mindeké ug' mond az Hit, sem nem enged nek miányájan á Evangéliomnak, 2. Thes. 3. v. 2.

3. *Thos.* nium est fides ait, neque obediunt omnes eo
 8. 2. *vangelio.* Sed & Lucas testatur & ait, Et
Rom. 10 crediderunt quotquot erant ordinati ad vi-
 16. tam. Unde idem iterum fidem nuncupat.
 13. *1. 13.* fidem electorum Dei. Et iterum, Fides est ex
 48. *1. 1.* auditu, auditus autem per verbum Dei.
Ti. 1. 1. Alibi sepe iubet orare pro fide.
 10. *Rō.* 10.

17.

Idem ille Apostolus fidem vocat effica-
 cem & sese exerentem per dilectionem. Illa

Gal. 5. conscientiam quoque pacificat, & liberum
Fides ef. ad Deum aditum aperit, ut cum fiducia ad-
ficas & ipsum accedamus, & obtineamus ab eo uti-
operati- lia & necessaria. Eadem retinet nos in officio,
 6. *Gal.* 5. quod Deo debemus & proximo, & in ad-
 6. versis patientiam firmat, & confessionem,
Rom. 5. veram format atque facit & ut uno verbo ō-
 12. nia dicam, omnis generis bonos fructus, &
 bona opera progignit.

*De bo-
 nis ope-
 ribus.*

Docemus enim verò bona opera enasci
 ex viva fide, per spiritum sanctum, & à fide-
 libus fieri secundum voluntatem vel regu-
 lam verbi Dei. Nam Petrus Apostolus, Om-
 ni adhibito studio, inquit, subministrare in-
 fide vestra virtutem, in virtute verò scienti-
 am, in scientia verò temperantiam, etc.
 Diximus autem antea, legem Dei, quæ vo-
 luntas Dei est formulam nobis præscribere

1. *Thos.* re bonorum operum. Et Apostolus ait, Hæc
 4. 3. 6. est voluntas Dei sanctificatio vestra, ut ab-

stinca

Rom. 10. v. 16. De szent Lukács-is bizonyítja mondván, hog' hittének valakik el- rendeltettnék volt az életre. Aét. 13. v. 48. Azért-is azon szent Pál az hitet nevezi az Istennek választottinak hitének, Tit. 1. v. 17. Es ismer, az hit hallásból van; a' hallasp enig Istennek ígéjéből. Rom. 10. v. 17. Nehol peniglen parancsolja, hog' az hitert könyöröghjünk gyakorta.

Ugyan azon szent Pál hathatónak mondja az Hitei-ki cselekedzik az szeretet által. Gal. 5. 6. Az lelki ismérteket-is meg csendesíti és szabad menetelt nyit az Istenhez, hog' bizodalommal járuljunk in hozzája, és nyerjünk őtélle hasznos, és szükségos dolgokat. Rom. 5. 1. 2. Ugyan ezen tisztánkben-is meg-tart bennünket, mellyel tartozunk a' Istennek és felebarátunknak, és az háborúságokban az bekezeses rú est meg-erősíti, és igaz vallás-tétele formál és szerez, és hog' eg' szóval mindeneiket meg mondiak, minden-nemű jó gyümölséket és jó cselekedeteket némi.

Mert tanítjuk hog' az igaz jó cselekedetek az elő hitből származnak az szent Lélek által, és hog' az hiteketül-lesznek az Istennek-igéjének akaraja ávag' régulája szerint Mert szent Péter azt mondja: Minden tellyes igyekezeteket penig erre rejá vétvén, az ti hitetek mellé ragasztatok jószágos cselekedeteket: az jó cselekedet mellé penig az tudománt: az tudomán mellé penig az mértel-letefféget. 2. Pet. 1. v. 5. 6. Mondék penig eléb, hog' az

147. *Confessio Fidei Christiana.*

*stineatis ab immunditia, & ne quis oppri-
mat aut fraudet in negotio fratrem suum.*
Etenim non probantur Deo opera, & nostro
arbitrio delecti cultus, quos Paulus nancu-
pat ἐβελόγησεν. De quibus & Dominus

*Opera
electitia
humana*

Colos. 2.

23.

Mat. 13.

9.

Yinia bo

norm

operum

Rom. 6.

23.

Mat. 6.

2. 13.

14

Mat. 5. 6

Eph. 41.

Co. 3. 17

1. Cor.

10. 24

Phi. 3. 4

Ti. 3.

14.

*in Evangelio. Frustra me colunt, ait, docen-
tes doctrinas, præcepta hominum. Impro-
bamus ergo huiusmodi opera: approbamus
& urgemus illa quæ sunt ex voluntate & mæ-
dato Dei. Illa ipsa fieri decent, non ut his
promereamur vitam æternam: Donum Dei
enim est, ut Apostolus ait, vita æterna: neq;
ad ostentationem, quam rejecit Dominus
neque ad quæstum, quem & ipsum rejecit,
sed ad gloriam Dei ornandam vocationem
nostram, gratitudinemq; Deo præstandam,
& ad utilitatem proximi. Rursus enim Do-
minus noster in evangelio dicit, Sic luceat
lux vestra coram hominibus, ut videant
vestra bona opera, & glorificent patrem qui
in cælis est. Sed & Apostolus Paulus, Am-
bulate dignè vocatione vestra. Item, Quid
quid egeritis inquit, aut sermone: aut fac-
to, omnia in nomine Iesu facite, gratias a-
gentes Deo & patri per illum. Idem, Nemo
quod suum est querat, sed quisque quod al-
terius. Et, Discant & nostri bona opera tu-
eri ad necessarios usus, ut non sint infrugi-
feri.*

Quam

hog' az Istennek törvénye mutatja-meg minékünk
az jó cselekedeteknek formáját. Szent Pál is aze
mondja: Ez az Istennek akarattja, az ti meg-szen-
teltetétek, hog' meg-oltalmaztatók magatokat az
tisztátalanfágtól, és hog' senki meg ne nyomorítsa a-
vag' meg-csallja dolgában az ő atyafiat. 1. Thess.
4. v. 3. Mert nem javallja az Isten az mi aka-
ratunkból választot cselekedeteket, melyeket az
Szent Pál nevez szabad akarat szerint való tisztelet-
nek, Col. 2. v. 23. Mellyről Christus Urunk is
szol az Evangéliomban: Hejában tisztelnék, ugy
mond, engemet, tanítván tudományokat emberek-
nek parancsolatis, Matth. 15. v. 9. Meg-verték
az ere az féle cselekedeteket: Javalljuk és kíván-
juk azokat, melyek lesznek Istennek akaratjából
és parancsolatjából. Azoknak pedig meg kel len-
niek, nem hog' az okért érdemlenők az örök életet,
(mert Istennek ajándéka az örök élet, min Sz. Pál
mondja, Rom. 6. v. 23.) Sem pedig magunk mu-
tatására, melyet meg-vét az Christus, Matth.
9. v. 2. Sem kereskedésre, melyet az on Christus
ismét meg-vét, Matth. 23. v. 14. De az
Istennek dicsőségére, az mi kivatalunknak meg-
ékesítésére, és az Istenhez való bala-advoltunk-
nak meg-mutatására, és felebaratunknak haszná-
ra. Mert viszontag ig' szol Christus Urunk az E-
vangéliomban: Ug' tündököllyék az ti világossá-
gok az emberek előtt, hog' lássák az ti jó cselekedet-
eket, és dicsőítsék az ti Atyákat, ki menyben va-

Bona o-
pera
non re-
jctā.
Eph. 9.
8.
Rom. 3.
28.
Matt. 7.
17.
Iean.
15. 5.
Eph. 2.
10.
Tit. 2.
14.
Mon ser.
Gamur
per bo-
opera

Quamvis ergo doceamus cum Apostolo hominem gratis justificari per fidem in Christum, & non per ulla opera bona, non ideo tamen vilipendimus aut condēnamus opera bona. Cum sciamus hominem nec conditum nec regenitum esse per fidem, ut otietur, sed potius, ut indefinenter quæ bona & utilia sunt faciat. Etenim in evangelio dicit Dominus, *Bona arbor bonum fructum adfert* Et iterum *Qui in me manet, plurimum fructum adfert*. Deniq; Apostolus, *Dei sumus creatura, ait, conditi in Christo Iesu ad opera bona, quæ præparavit Deus, ut in eis ambulemus*. Et iterum. *Qui tradidit semetipsum pro nobis, ut redimeret ab omni iniquitate, & mundaret sibi populum peculiarem, sectatorem bonorum operum*

Dānamus itaq; omnes qui bona opera cō-
temnunt, non curanda & inutilia esse blate-
rant. Interim, quod antea dictum est, non

sentimus

Az Keresztyéni hitről való vallás tétel. 149

gyon, *Matth. 5. v. 16. Es Sz. Pál-is: Járjatok, ug' mond méltán: az ti hivataltokhoz, Eph. 4. v. 1. Ismét, Valamit cselekesztek, ug' mond, avag be-
széddel avag' cselekedettel, mindeneket az Ur Ie-
susnak nevében cselekedjete, hálákat adván az I-
stennek és Atyának ő általa, Col. 3. v. 17. Ismét,
Senki ne keressé az mi övé, hanem minden azt keres-
se az mi másé, 1: Cor. 10. v. 24. Es, Meg-tanul-
lyák az miéink is, hog' a jó cselekedeteket meg-ól-
talmazzák szükséges hasznokrâ, hog' ne legyenek
gyümölstelenek, Tit. 3. v. 14.*

Noha azért tanítjuk az szent Pállal, hog' az
ember meg-igazittatik ingyen az Christusban va-
ló hit által, és nem valami jó cselekedetből, mind az
által nem vetjük meg ezzel az jó cselekedeteket,
sem nem kárhozzatjuk. Holot tudjuk hog' az
ember sem teremtetet, sem u'onnan nem szüle-
tetet hit által azért, hog' hívőkodjék, de inkább hog'
szüntelen cselekdjék az mellyek jók és hasznosok.
Mert az Evangéliomban azt mondja a Christus: A
jó fa, jó gyümölstet teremt, *Matth. 7. v. 17. Es
ismét, Az kien bennem marad, sok gyümölstet te-
rem az, Joh. 15. v. 5. Es Sz. Pál-is: Isténekálkot-
mányi vagyunk, kik terétettünk a Iesus Christusban a
jó cselekedetekre, mellyeket készítet a Isté hog' azok-
ban árnánk, Eph. 2. v. 10. Es ismét, A'ki önnön ma-
gát adta éretünk hog' meg-váltana minket minden
hamisságtól, és tisztitana magának kiváltképpen- való
népet jó cselekedetekre ig'ekező, Tit. 2. v. 14*

Rom.
11. 6.

Opera
bona
placent

sentimus per opera bona nos servari, illaq;
ad salutem ita esse necessaria, ut absq; illis
ne mo unquam sit servatus. Gratiâ enim soli-
usq; Christi beneficio servamur. Opera ne-
cessariò ex fide progignuntur. Ac impro-
priè his salus attribuitur: quæ propriissimè
ascribitur gratiæ. Notissima enim est illa
Apostoli sententia. *Si per gratiam, jam non
ex operibus: quandoquidem gratia, jam nū
est gratia. Sin ex operibus, jam non ex gra-
tia: quandoquidem jam opus, non est opus.*

Ro.

10. 34.

35.

Coloss.

1. 9. 10

Verus

non fal-

sus &

philoso-

phicas

virtutes

docere

non

Placent verò approbanturq; á Deo ope-
ra, quæ á nobis fiunt per fidem. Quia illi
placent Deo, propter fidem in Christum,
qui faciunt opera bona, quæ insuper per spi-
ritum sanctum ex gratia Dei sunt facta. Si
Petrus enim, *In quavis gente, inquit, qui
timet ipsam, & operatur iustitiam, is accep-
tus est illi.* Et Paulus, *Non desinimus orare
pro vobis, ut ambuletis dignè Domino, ut
per omnia placeatis, in omni opere bono fru-
ctificantes.* Ita quæ veras non falsas, aut phi-
losophicas virtutes, verè bona opera, & ge-

Kerhoztattunk azért mind azokat, kik meg-utál-
lyák az jó cselekedeteket, és át fogják azokat hasz-
talanoknak lenni. Azonban mellyet elő is meg-
mondottunk, nem érzük azt, hog az jó cselekedet-
tek által tartatunk mi meg. Es hog' azok ug' vál-
nának szük ségek az i dvi'sségre, hog' azok nélkül
seba senki nem tartatot volna meg; Mert kegye-
lemből és csak az Christus jó voltából tartatunk-
meg. Az cselekedetek szük ségeképpen származ-
nak az hitből. Es az idv'sség ezeknek tulajdonit-
tatik, nem tulajdonképpen, mel' tulajdonképpen tu-
lajdonitatik az kegyelemnek. Mert nyilván való
az szent Pál monda sa, Hog' - ha kegyelemből va-
gyon: tehát nem cselekedetből (mert ug' az kegye-
lem nem volna kegyelem) ha pedig az cselekedetek-
ből, tehát nem kegyelemből, vag' az, hog' az csele-
kedet nem cselekedet, Rom. 11. v. 6.

Kedvesek pedig és javaltatnak az Istennek az
cselekedetek, mellyeket cselekeszünk hitből, mert a-
zok kedvesek Istennél az Christu-ban való hitért,
kik cselekeszik az jó cselekedeteket, mellyek é felek
az szent Lélek által Istennek kegyelméből lőtenek.
Mert szent Péter ig' szol: Minden nemzetben az
ki ötet felis, és igazságot cselekeszik, az kedves néki,
Jekt. 10. v. 35. Es szent Pál-is: Nem szününk-
meg, ug' mond, imádkozni ti értetek, hog' meltán
járjatok az Ur előtt mindenekbē teczván ő nékimir-
den jó gyümölsű cselekedeteket teremtvén. Col. 1.
v. 9. Annak okáért szorgalmasan tanítsuk az

nuina Christiani hominis officia sedulo docemus, & quantā possumus diligentia vehementiaq; omnibus inculcamus, Vituperantes omnium illorum & desidia & hypocrisim, qui ore Evangelium laudant & profitentur, vita autem turpi dedecorant, proponentes hac in causa, horribiles Dei minas, amplas denique promissiones Dei, & liberalia premia, exhortando, consolando, & oburgando.

*Deus ro-
tribuit
operibus
nostris.
mercedem.*

Etenim docemus Deum bona operantibus, amplam dare mercedem, juxta illam prophetæ sententiam, *Cohibe vocem tuam a fletu: quoniam erit merces operi tuo.* In Evangelio quoque dixit Dominus, *Gaudete & exultate, quia merces vestra multa est in cælis.* Et qui dediderit uni ex minimis

Ier. 31.

16.

Mat. 5.

12.

10. 42.

bis, non perdet mercedem suam. Referimus tamen mercedem hanc quam Dominus dat, non ad meritum hominis accipientis, sed ad bonitatem vel liberalitatem & veritatem Dei, promittentis atque dantis, qui cum nihil debeat cuiquam, promisit tamen se suis cultoribus fidelibus mercedem daturum: qui interim dat eis etiam, ut ipsum colant. Sunt multa præterea indigna Deo, & imperfecta plurima inveniuntur in operibus etiam

sanctorum

Az Keresztyéni hitről való vallástétel. 181
igaz, és nem hamis, avagy Philosophiai iofzágos
cselekedeteket. Hanem az Keresztyen emberhez
illendő tiszteket, az minémű szorgalmatossággal
lehet mindeneknek eleitekben adniuk. Szidalmaz-
ván mind azoknak tunyaságokat, és kepmutatásfo-
kat, kik szájjal dicsirik és vallyák az Evangéliomot.
undok életekkel penig meg-rutitják, elő hozván ez
dologban az Istennek iszszonyu fenyegetését, Ismét
bőséges és adakozó igireit és jutalmait, intvén vi-
gasztalván és dorgálván.

Mert tanitjuk, hog' az Isten az jó cselekedetek-
nek bőséges jutalmot ad, az Prophétának am-az
mondása szerint: Tartoztasd meg firalomtul az
te szodat, mert léssen jutalma az te cselekedetednek
Jer. 31. v. 16. Az Evangéliomban is mondotta
Christus Urunk: Örüllyetek és vigadjatok, mert az
ti jutalmatok fok az Eghben. Math. 5. v. 12. Es
valaki adánd az én kicsindedim közzül eg' pohar hi-
deg vizet, bizony mondom ti-néktek, nem vesz ti el
jutalmát, Mat. 10. v. 42. Mind az által azt a ju-
talmát mellyet Isten ad tulajdonitjuk nem az el-
vő ember érdemének, hanem az igirő és meg-a-
do Istennek joságának, adakozó-voltának, és igaz
mondásának, ki holot nem tartozik senkinek sem-
mivel-is, mind az által igirte hog' az ő tisztelőinek
jutalmat ad, az ki azonban meg-is adja nekik hog'
őret tisztelleyék.

Vadnak továbbá az szűteknek cselekedetekkbe is Iste
előt méltatlá dolgok, és találatnak sok fog' atkozások:

sanctorum, quia vero Deus recipit in gratiam, & completitur propter Christum operantes, mercedem eis promissam persolvit.

Isa. 64. Alioqui enim iustitiae nostrae comparantur
6. i *panno menstruata.* Sed & Dominus dicit in
Luc. 17. Evangelio. *Cum feceritis omnia quae pra-*
10. *cepta sunt vobis, dicit, servi inuicem su-*
mus: quod debuimus facere fecimus.

Tamen si ergo doceamus mercedem dari
 Deo nostris beneficiis, simul tamen doce-
 mus cum Augustino, coronare Deum in no-
 bis non merita nostra, sed dona sua. Et pro-
 inde quicquid accipimus mercedis, dicimus
 gratiam quoque esse, & magis quidem gra-
 tiam quam mercedem: quod quae bona faci-
 mus, per Deum magis, quam per nos ipsos
 facimus: & quod Paulus dicat, *Quid habes*
1. Cor. *quod non accepisti? Si vero accepisti quid*
4. 7. *gloriaris, quasi non acceperis?* Et quod hinc
 collegit beatus Martyr Cyprianus, In nul-
 lo nobis gloriandum esse, quando nostrum
 nihil sit. Damnamus ergo illos, qui merita
 hominum sic defendunt, ut evacuent grati-
 am Dei.

Caput XVII.

de mivel hog' kegyelmében vészén az Isten, es ked-
velli az Christust, az cselekedeteket, az ő nekik i-
gírtetét jutalmot meg-fizeti, mert okképpen az mi-
igasságunk hasonlittatik az havas aszfzonymnak fertel-
mes ruhájához, Esa. 64. v. 6. Es az Christu-
s azt mondja az Evangéliumban: Ha mindeneket,
mellyek néktek parancsoltattak meg, cselekedtek is
mondjátok, haszontalan szolgák vagyunk, mert az
mit kellett cselekednünk azt cselekedtük meg, Luc.
17. v. 10. Noha azért tanítjuk hog' az Isten ju-
talmat ad az mi jó cselekedetünkért, mind az által
egyetemben tanítjuk szent Agostonnal, hog' az I-
sten meg-keresztázza mi bennünk, nem az mi dic-
minket, hanem az ő ajándékát. Es azért valami
jutalmat veszünk is, azt mondjuk, hog' az is ke-
gyelem, és inkább kegyelmé: hog' né jutaló mivel-hogy
az mel' jót cselekedzünk, inkább Isten által, hog' nem
mint mi magunk által, cselekedeszünk. Es hog' Sz.
Pál is azt mondja, Micsodád vagy az mit nem,
vőrtél volna, 1. Cor. 4. v. 7. Ha pedig len vőrted,
mit dicsekedel mint ha nem vőrted volna. Es az
mit innen ant az Cyprianus Mártyr hoz ki: Sem-
miben nem kel mi-néknk dicsekednünk, holot mi-
nekünk semmink nincsen. Kárhozzatjuk azért a-
zokat, kik hog' őltalmazák az embereknek érdeme-
ket, hog' meg-írésítsék az Istennek kegyelmét.

XVII. RESZ.

DECATHOLICA ET

*Sancta Dei Ecclesia, & unico
Capite Ecclesia.*

Quando autem Deus ab initio
salvos voluit fieri homines & ad ag-
nitionem veritatis venire, oportet omnino
semper fuisse, nunc esse, & ad finem
usque seculi futuram Ecclesiam, id est, è
mundo evocatum vel collectum coetum fi-
delium, sanctorum inquam omnium com-
munionem, eorum videlicet, qui Deum ve-
rum, in Christo servatore, per verbum &
Spiritus sanctum verè cognoscunt, & ritè
colunt. denique omnibus bonis per Christum
gratuitò oblati fide participant. Sunt isti
omnes unius civitatis cives. viventes sub
eodem Domino, sub iisdem legibus, in ea-
dem omnium bonorum participatione.
Sic enim hos *concives sanctorum & do-*
messicos Dei appellavit Apostolus. Sanctos
appellans fideles in terris, sanguine filii Dei
sanctificatos. De quibus omnino intelli-
gendus est Symboli articulus: *Credo san-*
ctam ecclesiam catholicam sanctorum com-
munionem.

Una dun-
taxat
communio
Et cum semper unus modò sit Deus, u-
nus mediator Dei & hominum Iesus Messi-
as, unus item gregis universi pastor, unum
hujus

Az Istennek Közönséges Anya, szent-Eg'házáról és annak eg' Fejéről.

Mint hog' az Istē éleleitől fogván akarta hog'
az emberek üdvözüllyenek. és az igazságnak
esméretre jussanak. szükség hog' valóságosan min-
denkor lőt legyen, most-is vagyok, és ez után-is vi-
lág vegezetig legyen az Anya-szent-egyház. Az
az, ez világból ki-hivatot és ki szentgettetet Hi-
veknek Serege, mondom, minden szenteknek eg-
gyessége, azoknak tudni illik, kik az igaz Istent az
meg-válto Christusban az Igbe és szent Lélek által
igazán ismerik, és valóban tisztelik, és az Christus
által ingyen nyujtot jókkal hitből részesülnek. Mind
ezek eg' városnak polgáris, élvén azon Ur,
azon törvények, és azon jóknak közöl-
tetése alatt. Az Sz. Pál nevezte ezeket az szentek-
nek polgar társainak, és az Istennek háza népének.
Eph. 2. v. 19. Nevezvő szenteknek, és földön lévő
hiveteket kik meg-szenteltetienek az Isten Fiának
vérével. 1. Cor. 6. v. 11. Az kikről kell érte-
nünk az Apostoli vallásnak amaz czikkelyei: Hi-
szem az közönséges Anya-szent-egyházat, szenteknek
eggyességet.

Es holot mindenkor csak eg' Isten legyen, eg' köz-
ben-járo-is az Isten és emberek között az Iesus Chri-
stus. Ismét, eg' pásztor az egész nyájnak, eg' fe-
je em

temporū huius corporis caput: unus denique spiritus
ecclesia. una salus, una fides, unum testamentum vel
 fœdus, necessariò consequitur unam dun-
Catholi- taxat esse Ecclesiam: quam propterea Ca-
ca eccle- tholicam nuncupamus, quòd sit universalis,
sia. & diffundatur per omnes mundi partes, &
 ad omnia se tempora extendat, nullis vel
 locis inclusa vel tēporibus. Damnamus er-
 go Donatistas, qui Ecclesiam in nescio quos
 Aphricæ coarctabant angulos. Nec Roma-
 nensem approbamus clerum, qui solam
 propè Romanam Ecclesiam venditat pro
 catholicâ.

Partes Diducitur quidē ecclesia ī partes vel species
vel speci- varias, non quòd divisa aut divulsa sit in se-
et eccle- metipsam sed magis propter membrorum
sia. in ipsa diversitatem distincta. Aliam enim
 faciunt Ecclesiam Militantem aliam verò
Militant Triumphantem. Militat illa adhuc in ter-
et Tri- ris, & certat cum carne, cum mundo, &
umphant. principe mundi huius Diabolo, cum pecca-
 to atq; morte. Hæc verò rude iam donata,
 in coelo triumphat, de istis devictis omni-
 bus, & exultat coram Domino; nihilomi-
Parti- nus habent illæ inter sese cōmunionem, vel
cularis. conjunctionem.

Et militans in terris ecclesia semper plu-
 rimas habuit particulares ecclesias, quæ ta-
 men omnes ad unitatem catholicæ ecclesiæ
 refe-

Je ennek az testnek, és eg' lélek, eg' idvőség, eg' Hít
eg' testamentom vag' szövetség legyen. Szükség-
képpen követez k' hog' csak eg' Anya-szent-eg ház
legyen, melyet nevezünk Közönségének, azért,
mert ez világnak minden részeire, minden időre
is ki-terjed, semmi helyekre avag' időkre nem re-
kelt-térvén. Karhoztatjuk azért az Donatistá-
kat, kik az Anyaszent-egházat Africának nem
tudomicsoda székeletiben szorítják valabé Sem
az Római gyülekezetet nem javalljuk, kik csak az
Római Ecclesiát tartogatják közönségének.

Ugy vagon különb-különb részekre osztatik az
Ecclesia, nem hog' magában meg-oszlot avag' meg-
szakazodot vólna, de inkább hog' meg-valasztator
az tagoknak abban való különbségért. Azert ne-
mel Vitezkedő Ecclesia, nemel Győzedelmes: A-
max vitezkedő még ez földön és utaszkodik az te-
stnek ez világgal és ez világnak fejedelmével az ör-
dögök, az bűnök és halállal. Im ez penglen szá-
badtságga már meg-ajándékozta az Igek-
ben győzedelmeskedik mind ezeket meg-győzven,
és vigadoz örök: mind az által vagon ezek-
nek magok között egyességek, avag' öszve szerke-
zetések.

Az földön vitezkedő Anyaszent-egháznak
mindenkoron sok rész-szerént való Ecclesiái vad-
nak, mellyek mind az által az közönséges Anya-
szent-egháznak egyeségére vitének. Es máskép-
pen volt rendeltetven az Törvén előt az Isten r-
chák

referuntur. Hæc aliter fuit instituta ante Legem inter Patriarchas aliter sub Mose per Legem, aliter á Christo per Evangelium. Vulgò numerantur ferè duo populi, Isráëli-
tarum videlicet & gentium, vel eorum qui ex Iudæis & gentibus collecti sunt in Eccle-
siam. Testamenta item duo, vetus & novu.
Omnium tamen horum populorum una fuit & est societas, una salus in uno Messia, in quo ceu membra unius corporis sub unum caput connectuntur omnes, in eadem fide, etiam de eodem cibo & potu spiritali participantes. Agnoscimus hic tamen diversa fuisse tempora diversa symbola, promissi & exhibiti Messia, sublatisq; caeremonialibus, lucem nobis illustriorem lucere, & dona auctiora donari. & libertatã esse plenior-
rem.

*Duo pa-
puli.*

*Eadem
ecclesia
veteris
& novi
populi.*

*Ecclesia
domus
Dei vi-
gentis.*

1. 1st. 2.

5.

2. Tim.

3. 15.

Ecclesia

non. er-

rat.

Hæc ecclesia Dei sancta, vocatur *domus Dei viventis, extructa ex lapidibus vivis & spiritalibus*, & imposita super petram, immotam, super fundamentum, quo aliud collocari non potest: & ideo nuncupatur etiam *columna & basis veritatis*. Non errat illa, quandiu innititur petra Christo & fundamento prophetarũ & Apostolorum. Nec mirum si erret quoties deserit illum, qui solus est veritas. Vocatur ecclesia etiam *virgo ac sponsa Christi, & quidem unica & dilecta*

thák idejében, Másképpen az Moses alatt az Törvén által. Másképpen az Christustól az Evangelium által. Közönfészeképpen két féle népek számláltatnak: Az Israeliták és az pogányok; avag' azok, az kik az Sidokból és az pogányokból gyűjtettenek az Ecclesiában. Ismer: két testámen-
tomok: O, és Ij, mind az által, mind ezeknek eg' volt társaságok most-is eg' üdvösségek az eg' Mes-
siásban, kiben mint eg' testnek tagai, ez fő alatt mindenk' öszve foglaltatnak azon hitben, ugyan a-
zon lelki ételből és italból részefülven. Jól tudunk mind az által, hog' különböző idői voltanak, ki-
lombözö jegyei az meg-igirtetet és meg-adattatot Mesziásnak, es hog' el-véetven az Cérémoniák, nagyobb világosságnak fénlük minékünk, és bőségesb ájándékok aj ándekoztatának, és teljesebb szabad-
ságunk vagyon.

Ez az Istennek Anyaszent-egyháza hivattatik az élő Istennek Hazának, ki fel építetet elő es lelki köveköl. Pet. 2. 5. es tétetet meg-mozdulhatatlan kősziklára, olly fundamentomra, mel' kívül mas nem vettettherik, 1. Tim. 3. 15. Es azért-is ne-
vezterik az igazságnak oszlopának és erősségének. Nem vétkezik ez valamig áll az Christus kőszik-
lán, és az Propheták és Apostolok fundamentomán, s-nem-is csuda ha vétkezik valameny iszer el-had-
ja azt az ki egyedül igazság. Hivattatik Ismét az Ecclesia Szűznek, és Christus jegyessének, meg pe-
niglen egynek es szerelmesnek. Mert ig' szól az
szent

Ecclesia lecta. Apostolus enim, *Adunxi vos, in sponsa* quit, uni viro, ut virginem castam exhiberetis Christo. Vocatur ecclesia grex ovium *2, Cor. 11. 2.* sub uno pastore Christo, idq; apud Ezech. & *Ecclesia* apud Ioannem. Vocatur item corpus Christi, grex ovi quia fideles sunt viva Christi membra, sub capite Christo.

Eze. 34.

2, 23.

Joh. 10.

1.

Ecclesia

caput

Christi

solus.

